



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergæ, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Diuisio vel distributio virtutum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

an aequalitate effici. Et quia non est perspicuum,  
 quae sit illa aequalitas, magni tumulus existunt.

Cum enim duae sint aequalitates, quae etiam si  
 nomen habent idem, tamen in multis rebus con-  
 trariae sunt. Alteram quidem intelligunt omnes,  
 quae aequali mensura, pondere & numero ubique  
 distribuit. Sed verissimam & optimam aequali-  
 tatem non facile est cuilibet deprehendere. Dei  
 enim iudicium est, atque hominibus tenuiter con-  
 tingit. Quatenus autem contingit, civitatibus et  
 privatis omnia bona efficit. Praestantioribus enim  
 maiora, deterioribus minora tribuit, datque cuilibet  
 apta ipsius naturae, aut maiores honores his, qui  
 virtute antecellunt: e contra minus idoneis mi-  
 nores, ac singulis pro proportione convenienter.  
 Atque hoc est iustum civile, quod expetere et ad  
 quod respicere nos in ordinanda civitate oportet.  
 Non ad paucos tyrannos, aut unius, aut vniuersae  
 potentiam. Hoc iusto uti civitas debet, quod sin-  
 gulis aequalia distribuit, et cuique convenienter, si  
 non vult concuti seditionibus.

#### IV Civitas

De distributio  
 et enumeratio  
 virtutum. **Diuisio vel distributio virtutum.**

Quare virtus  
 sit necessaria.

SEMPER in omni vita haec admonitio in  
 conspectu sit, doctrinam de virtutibus necessario  
 cognoscendam esse, non solum, ut sit rectrix vitae  
 hominum, sed etiam ut sit monstratrix, qualis sit  
 Deus

Deus. Idq̄ omni inuocatione cogitandum est. Non enim brachijs amplectimur Deum, sed cum sit substantia inuisibilis, mente eum intuemur, et cogitamus, qualem naturam alloquamur, ubi se patefecerit, et qualem se esse ostenderit, et quibus proprietatibus discerni velit ab omnibus alijs naturis. Ideo rectissime sumitur doctrina de virtutibus, et earum enumeratio, ex Decalogo, in quo expressit Deus voluntatem suam, et ordine eruditissimo virtutes distribuit, non solum, ut doceret, quales nos esse velit, sed etiam ut ostenderet, qualis ipse sit, et nos commonefaceret, hominem ad eam imaginem conditum esse. Rectissime igitur distributio virtutum ex Decalogo sumi potest, in quo prima tabula recitat virtutes immediatè cum Deo agentes. Secunda illas, que immediatè cum hominibus agunt, que tamen ipsa et ad hunc finem referenda sunt, ut et obedientia Deo præstetur.

Enumeratio virtutum

Philosophi autem de virtutibus primæ tabule valde pauca dicunt, quia etsi nascitur nobiscio aliqua legis notitia, et ratio videt multa testimonia de Deo in natura, tamen magna confusio est opinionum de Deo, et tetra dubitationes de pro-

Euang